



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Heremi Dei Parae Matris Monasterii In Helvetia  
Ordinis S. Benedicti**

**Hartmann, Christoph**

**Friburgi Brisgouiae, 1612**

Franciscvs I. Ex Baronibvs Ab Hohenrechberg Abbas Heremitarvm XXXII.  
Princeps Imperii Decimvs Qvintvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38545**



FRANCISCVS I. EX  
BARONIBVS AB HOHEN.  
RECHBERG ABBAS HEREMITA-  
RVM XXXII. PRINCEPS IMPE.  
RII DECIMVS QVINTVS.

**P**ACE, vt diximus, inter Confederatos, & sedili-  
fimi belli damnata memoria, non solum Heremita-  
mitæ ab imminentि periculo metuque paulo  
securiores esse cœperunt, sed eorum etiam sub-  
diti, quos eadem tempestas omnibus modis afflixerat vexa-  
ratque, paullo liberius respirare, & ad res suas attendere, in-  
censa ædificia restituere, in agrorum cultu versari, omniaq;  
ea tentare & moliri, per quæ ad pristinas opes, & felicitatem  
redire possent. Multum ad id cohortante, & adjuvante ab-

bac

bate Francisco egregiæ humanitatis, & bonitatis Principe. Sed posteaquam Nicolai partes amplecti, tuerique constituit Cæsar, statim ad Basilienses, anno octauo & quadragesimo, literas dedit, quibus fidem publicam Concilio abrogarent edixit, & cum moras inter se diuisi, & incerti facerent, Alberto fratri pro rebellibus persequi iussit. Quibus rebus adducti Magistratus Cæsari obedientes fuere. Et patres, postquam Basileæ conueniendi locus defuit, Lausannam Concilium indixerunt, **xvii.** Kalend. Iulij Sessione **xiv.** & postrema. Lausannæ **ix.** Kalend. Augusti, primam Sessionem celebrauere. Anno quadragesimo nono, cum intelligeret Felix Cæs. Fridericum pro Nicolao magnopere laborare, & eius auctoritate, & exemplo inclinare eo reges Franciæ, Angliæ, Siciliæ, sponte pontificatum abdicauit, **vii.** Idus Aprilis, pacis & Ecclesiasticæ tranquillitatis amore, solitudinemque suam Ripallæ Cardinalis titulo ab Nicolao donatus, & potestate legati transalpinis in prouincijs, & episcopatibus Lausannæ, Basileæ, Argentine, Constantiæ, Curtiæ & Seduni, ibique magna sanctitudinis opinione paucis annis vixit. Vulgatus tum non absq; Felicis gloria, & omnium applausu versiculus: *Lux fulsit mundo: ceſit Felix Nicolao.* Eadem opera utriusque Concilio Basiliensi, & Lausannensi finis impositus, octauo decimo, quām, cæperant, anno. Nicolaus ab Lausannensi confirmatus **xiii.** Kal. Mai. tertia Sessione. Habuit mox Fridericus Comitia frequentia Aschaffenburgi, ibique, edicto publicato, Nicolaum pro vero, & legitimo pōtifice agnosci, & in veneratione esse omnibus imperauit. Anno quinquagesimo Iubilcum Romæ celebrauit, sed non ea qua priores pontifices frequentia, & concursu, saeuiente pene toto terrarum orbe attrōci pestilentia. Anno **l.** Casparus ex nobili Landenbergerorum familia abbas sancti Galli foedus fecit perpetuum, & iurauit in Heremitarum arce Feficone cum Tigurinis, Lucernensisibus, Sutijs & Glaronensisibus non absque opera, & conciliatione abbatis Francisci, illudque renouandum, & conseruandum omnibus posteris iniunxit. Eosdem protectores, & aduo-

**A.D. N.****C.I.D. CD.**  
**XL VIII.****A. D. N.****C.I.D. CD.**  
**XL IX.****A. D. N.****C.I.D. CD.**  
**L.****A. D. N.****C.I.D. CD.**  
**LI.**

catos S.

catos S. Gallensis Monasterij perpetuos adsumsit. Liteis  
huius rei factis, datisque eadem in arce Feficone feria III.  
post Adsumptionem DEIPARA. Cæsar Fridericus hunc  
eumdem annum in expeditionis Italicae apparatu consum-  
psit. Id ubi Francisco compertum: & ducem Albertum qui  
superiores Austriacas prouincias administrabat, haut dubie  
fratrem comitaturum, ab eo obtinuit, ut suæ apud Nicolaum  
pontificem legationis, & petitionis fautor, & interces-  
sor esse vellet, haut grauatim, præcipua ducis facilitate, &  
in Principem nostrum amore. Anno secundo, & quinquag-  
esimo ingrediente, maximo Principum Germaniæ, Bohe-  
miæ, Hungariæ comitatu, versus Ialiam Villaco Carinthiæ  
ex opido Cæsar cum adolescente Ladislao Hungariæ, & Bo-  
hemiarum rege, tetendit. Frater Albertus cum Sueua, & Rhenana  
nobilitate, & vtriusque prouinciæ Ciuitatum legatio-  
nibus, per Athesinos in Italiam descendit. Romam VII.  
Idus Martij, omnibus coniunctis copijs, intrauere. Peracta  
mox, x vi. Kalend. Aprilis coronatione, memor Albertus  
promissi Francisco abbatii facti, sollicitantibus quoque, quos  
ipse addiderat, legatis, apud Nicolaum pontificem Heremita-  
rum postulata ostendere, & vrgere precibus cœpit. Mi-  
ram subito aduersus nostros demonstrauit Nicolaus bene-  
volentiam, & propensionem. Igitur primum x. kalend.  
Aprilis nonnullas indulgentias concessit, certis eius festi-  
tatisbus DEIPARA Sacellum visitantibus. Postea v i. ka-  
lend. Mai, id quod maximè Albertus, & legati Francisci  
quærebant, eiusdem, ut ait, ducis Alberti, & Heremita-  
rum precibus inclinatus, abbatem, Monasterium, & omnes  
eius subditos, & annexos in annos quindecim proxime se-  
quentes, ab omni jurisdictione, Dominio, potestate, Cor-  
rectione, Subiectione, & superioritate episcopi Constanti-  
ensis, & quorumlibet aliorum iudicium ordinariorum, &  
superiorum quorumcumque exemit, eadem omnia solis  
Romanis pontificibus, & eorum Delegatis subjicit. Li-  
beros eosdem & immunes pronunciauit à quibuscum-  
que impositionibus, solutionibus, & præstationibus Deci-

mx; quin-

A. D. XC  
CD. CD.  
LII.

mæ, quintædecimæ, ac Datiarum, Gabellarum, Collectarum, nec non charitatiuarum, & aliorum quorumcumque subsidiorum, & onerum, quavis occasione, vel causa impositorum, vel in posterum imponendorum: Abbatem, Monasterium, subditos, & annexos in suam, & Apostolicæ Sedis protectionem suscepit, sibi & dictæ Sedi immedia-  
tè subesse voluit, & decreuit. Vtraque Bulla data Romæ apud Sanctum Petrum anno, & diebus supra memoratis. Pontificatus anno vi. Nonnullas alias Bullas in fauorem Francisci & Monasterij Heremitici Nicolaus edidit, in qua-  
rum vna Eugenij quarti Bullam decennalem, in alias annos quindecim proximè sequentes prorogauit, & valere iussit. Neque deinde longa Francisci abbatis vita fuit. De-  
cimo quinto kalend. Augusti sequentis esse desijt. Suc-  
cessore Geroldo Saxensi, S. Geroldi tum

Præposito. Rudolfi III. fra-  
tre germano.



GEROL-